



DECADIS

PRIMÆ

ARGUMENTUM.

Romanorum, eorumque urbis Origo, ab ipsis Trojani belli temporibus repetita describitur, gestaque usque ad Annum Urbis conditæ 244. quo Monarchicum Regum Imperium mutatum est in populare & Aristocraticum.

PRÆFATIO.



Acturusne opera pretium sim, si à primordio urbis res populi Romani perscripserim, nec satis scio: nec si sciam, dicere ausim, quippe qui cum veterem, tum vulgatam esse rem videam,

dum novi semper scriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos se, aut scribendi arte rudem vetustatē superaturos credunt. Utcunq; erit, iuvabit tamen rerum gestarum memoria principis terrarum populi pro viril: parte & me ipsū consuluisse. Et si in tanta scriptorum turba, mea fama in obscuro sit, nobilitate ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, me consolet. Res est præterea & immensi operis, ut quæ supra septingentesimum annum repetatur: & quæ ab exiguis profecta in itis, eò creverit, ut jam magnitudine laboret suâ; & legentium plerisq; haud dubito, quin primæ

DEC PRIMÆ

or. proximaq; iibus, minus prabitura vo-
 luptatibus ad hac nova, quibus jam
 pria. viciis populi vires se ipse conficiunt.
 Ego tra hoc quoque laboris premium petam, ut
 me à conspectu malorum, qua nostra tot per annos
 vidit etas, tantisper certe, dum prisca illa tota mente
 repeto, avertam, omnis expers cura, qua scribentis
 animum, et si non flectere à vero, sollicitum tamen ef-
 ficere possit. Qua ante conditam condendamve ur-
 bem, Poëticis magis decora fabulis, quam incorrup-
 tis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec
 affirmare, nec refellere in animo est. Datur hac ve-
 nia antiquitati, ut miscendo humana divinis, pri-
 mordia urbium angustiora faciat. Et si cui populo
 licere oportet consecrare origines suas, & ad deos re-
 ferre authores: ea belli gloria est Populo Ro. ut cum
 suum, conditorisq; sui parentem Martem potissimum
 ferat: tam & hoc gentes humana patiantur equo ani-
 mo, quam imperium patiuntur. Sed hac & his simi-
 lia, ut cunque animadversa aut estimata erunt, haud
 in magno equidem ponam discrimine. Ad illa mihi
 pro se quisque alacriter intendat animum, qua vita,
 qui mores fuerint: per quos viros, quibusq; artibus,
 domi militiaq;, & partum & auctum imperium sit:
 labente deinde paulatim disciplinâ, velut dissidentes
 primo mores sequatur animo: deinde ut magis ma-
 gisq; lapsi sint: tum ire coeperint precipites, donec ad
 hac tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati
 possumus, perventum est. Hoc illud est præcipue in
 cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te
 exempli documenta in illustri posita momento in-
 tueri:

Urbi-
 um pri-
 mordia
 cur ad
 Deos
 refe-
 rantur.

Utili-
 tas hi-
 storix
 Rom.
 Reip.
 laus.

LIBER I.

rueri : inde tibi tuaq; reipu. e quod imiter.
as : inde foedum inceptu , foed. , qu ites.
Ceterum aut me amor negotii suscep. i , nul-
la unquam respublica nec major, nec sanctior, c bo-
nis exemplis ditior fuit : nec in quam tam se a ava-
ritia luxuriaque immigraverint : nec ubi tantus, ac
tam diu paupertati ac parsimonia honos fuerit : adeo,
quanto rerum minus, tanto minus cupiditatis erat.
Nuper divitia avaritiam, & abundantes voluptates
desiderium per luxum atque libidinem pereundi per-
dendiq; omnia invexere. Sed querela ne tum quidem
grata futura, cum forsitan necessaria erunt: ab initio
certe tanta ordiendae rei absint, cum bonis potius om-
nibus votisq; ac precationibus deorum dearumq;, si
ut Poetis, nobis quoque mos esset, libentius incipere-
mus, ut orsis tanti operis successus prosperos darent.

LIBER PRIMUS.

JAM primum omnium satis constat, Troja capta Ante-
 in ceteros sevitum esse Trojanos, à duobus, Aenea non.
 Antenoreq;, & vetusti jure hospitii, & quia pacis
 reddendaq; Helena semper authores fuerant, omne jus
 belli Achivos abstinuisse. Casibus deinde variis An-
 tenorem cum multitudine Henetum, qui seditione ex
 Paphlagonia pulsus, & sedes, & ducē, rege Pylemene ad
 Trojam amisso, querebant, venisse in intimum maris
 Adriatici sinum: Euganeisq;, qui inter mare alpesq;
 incolebant, pulsus, Henetos Trojanosque eas tenuisse
 terras: & in quem primum egressi sunt locum, Troja
 vocatur: pagoq; inde Troja nomen est: gens universa Veneti.
 Veneti appellati, Aeneam ab simili clade domo profu- Aeneas.